

AVTHENTICA

# PROBATIO

## SACROSANCTI MISSÆ SACRIFICII.

EX SOLIVS SCRIPTVRÆ SACRÆ  
TESTIMONIO.



AUTHORE

R. P. F. PETRO DE BOLLO

PARISIENSI THEOLOGO  
ordinis prædicatorum.

*Cum indice rerum omnium.*



LVGDVNI,

SVMPTIBVS PETRI LANDRY.

M. D. LXXXVIII.

*Cum privilegio Regis.*

*Num. 46. Cas. 4. num. 41.*  
COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM



COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

## AMPLISSIMIS

AC NOBILISSIMIS DO-

MINIS. D. SUMMO DECANO

COMITIBVS ET CANONICIS

Almæ Lugdunensis

Ecclesiæ.

**S**CRIPTURARUM genus est (Illustris-  
 Rini Domini) Ecclesia Catholica pestilen-  
 tissimū, è quorū officinis innumera librorū  
 ferragines, nihil nisi putidam haresim spi-  
 rantes, nihil nisi infanda scommata feren-  
 tes, in his calamitosissimis diebus proacūt. Pulchra & eximia  
 illa scripta iudicant, in quibus ridicula controuersia monen-  
 tur, & aniles nugæ, quæ somnium & portentis inuisum & contu-  
 melius phalera: a seareat. Ex adyto veluti volumina illa exi-  
 reputat quæ fœdè Ecclesia Catholica ritum, ceremonias, sacramē-  
 ta, mysteria, Pontifices & Prælatos iacerant, damnant, irri-  
 dent, naso suspendunt adunco, In cathedram Apostolicam cui-  
 ius lacte aliquando educati sunt, omnibus modis diladran-  
 tur, eamque Antichristi selem nescio qua Circe incantati si-  
 bupsis stultissimè persuadent, cum alius impudentissimè præ-  
 dicant. Hæc quantumuis dicta infanda æquius ferrentur,  
 nisi & in Deum pe. fidelissimi Apostata arma arriperent, nisi  
 Undique Christo inspararentur, sed cum tanto ariete, tan-  
 tis Arcubalistis, tantis scorpionibus minimè percelli aut



DE VERITATE  
EVANGELICI SACRI-  
FICII EIVSQUE DIVINA  
INSTITVTIONE ET ANTIQVO  
INECCLESIA CATHOLICA  
CVLTV.

*Authentica probatio ex veteris & noui te-  
stamenti autoritate.*



**Q**VAMQVAM sani & æqui iudicij nemi-  
nem fugiat, Ecclesiam Christianam & Ca-  
tholicam, longæua temporis autoritate,  
& antiquiore cultus reuerentia, noui te-  
stamenti omnia penè scripta excellere,  
diuinaq; mysteria legis gratiæ ( quorum  
celfitudinem miramur, & nostris lucubrationibus rudem  
plebeculam Hereticorum imposturis, blanditijs, minis, ter-  
riculamentis, obtestationibus, horrendisque narrationibus  
seductam edocere indies conamur) octo ferme annis post  
Christi institutionem Euangeliographorum scriptis breui-  
ter & compendiose, commendata esse, attamen excussa &  
pessumdata religionis Christianæ praxi, quæ Christo tra-  
ditum, Apostolis ex cultum, Martyribus & sanctis patribus  
prædicatum noui testamenti sacrificium semper sub hac  
conuexi cæli machina vbiq; gentium custodiuit, hæreti-  
ci veteris insolentiæ cristas extollunt, nosque multum suis  
delirijs attriuisse putât, vel hoc ariete ruituros existimât cū  
nos frigida quadam doctrinæ specie interrogant, quibus  
in locis nostræ fidei, & veritatis monumenta constant,  
quibus propaculis tueatur domus nostra quis super-

*a Praxi euan-  
gelici sacrificij,  
precessit: immo  
nouo testamento  
scripta, acta  
propemodum  
annu.*

*Hæreticorum  
mala mens in  
abrogando sa-  
crificio Chri-  
stiano.*

Astraxerit,